



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmæ Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldus>

Lvgdvni, 1585

De ordine dicendorum in isto tractatu. Et quòd natura dissuadeat
Auaritiam. Cap. I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46161](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46161)

Tu insidiaberis calcaneo illius. Tunc, inquā, omnia se posse presumūt. ¶ Secundò potest homo monere eos ad hoc quòd gratiā eius studeant sibi cōparare: sine cuius auxilio cōverti nō possunt eleemosynas suas largiēdo, orando Deū, & suffragia sanctorum & virorū iustorū implorādo. ¶ Terriò nō possunt moneri ad hoc ne fingant se quin faciāt quod possunt, etiā aliqua quæ vidētur sibi difficilia. Dñs enim nō vult iuuare eos qui se nō iuuāt: imò quasi fingit se, quia ipsi fingūt se. Vnde Sap. i. Spiritus disciplinæ erugiet nētū. ¶ Item potest sic quæri ab eo qui dicit se cōtinere nō posse. Aut vis continere, & non potes: aut potes, & non vis. Si vis & nō potes, infidelis est Deus qui patitur te tētrari supra posse tuū. Præterea nōne credis q̄ omnia possis cū eo qui omnia potest? Sicut vulgariter dicit qui non habet nisi quinque solidos, Ego & rex habem⁹ centū millia marcarū. Nō potest parū esse illud posse, cuius defectū posse diuinū paratum est supplere. Si autē potes & nō vis, inexcusabilis es. ¶ Vltimò potest quæri à tali, an possit aliquo tēpore cōtinere. Quòd si dixerit sic per mēsem: ostēdendū est ei quòd potius sperare debet q̄ sequenti mēse contineat quā mēsto. Primò, quia cōsuetudo iuuabit eū. De qua Tullius: Optima forma viuēdi est eligēda, quā iocundā reddet assuetudo. Poēta: Quod male fers, assuesce, feres. Præterea sperare debet Deum esse paratiorem ad iuuandum, quum postquā per mensem pro amore eius cōtinuerit quā ante, si tamen ex corde instāter hoc petierit. Itē quā ipse nō sit securus de vita nō dico per mēsem, sed nec per vnā horā, qua ratione sperat se accepturū à Deo vitā, eadē debet ipse sperare se accepturū virtutem seruiēdi Deo in vita illa, nec debet disponere se seruiturū diabo lo in vita q̄ nondū habet. Nō debet similis esse operario ebrioso & lasori, qui prius obolum perdit, quā illum lucratus sit.

TRACTATUS IIII.

De Auaritia.

De his que faciunt ad detestationem huius vitij PARS I. que habet nouem capitula.

De ordine dicendorum in isto tractatu. Et quòd natura dissuadeat Auaritiam. CAP. I.

Ost vitij Gulæ & Luxuriæ dicemus de vitio Auaritiæ: quia tractatus de vitio isto vtilior est prædicationi, quā tractatus aliorum vitiorum, hunc enim ordinē tradit Ber. vt id prius, quod maturius ad salutē. De quo vitio hoc ordine dicemus, Primò dicemus de his que

faciunt ad detestationem huius vitij. Secūdo, de speciebus eius. Terzio, de his quæ fouēt aliquo modo auaritiā in cordibus hominū. Quarto, de remediis contra vitium illud. Quinto, tangemus de prodigalitate, quæ est vitium contrariū auaritiæ. Intelligim⁹ autē auaritiā in hoc loco, indebitum amorem pecuniæ. ¶ Primò autem facit ad detestationem auaritiæ hoc, quòd natura dissuadet nobis vitium istud, & quodāmodo est contra naturam. Voluit enim natura terrā infimā esse inter creaturas, & à pedibus omnium cōculcari, docēs nos in hoc absque dubio q̄ debemus cōculcare pedibus mentis terrena ista, & contēnere. Quale verò est hoc, quòd homo Deo & creaturis omnibus præponat creaturam illā quā natura omnibus creaturis voluit postponi? Ad significandū diuitias cōculcādas esse & contēnendas, primitiu de ecclesia cælitus edocti, pretia domorū & agrorū suorum ponebant ad pedes Apostolorū, vt legitur Actū 4. Vnde in fine eiusdem capituli, vbi dicitur quod Ioseph attulit pretiū agri sui quā vendiderat, & posuit ante pedes Apostolorum: dicit Gl. Docet calcandum esse aurū q̄ subdit pedibus apostolorum. Præterea cum anima secundum naturā sublimior & purior sit cælo tanquam Deo similis, exaltata debet esse à terrenis istis, sicut exaltatur cæli à terra. Vnde sicut valde mirabile esset & quasi cōtra naturā si cælum adhereret terræ: sic quasi contra naturā est eū auaritia animā terrenis adherere facit. Item anima cælū spirituale est. Dei enim habitaculum est. De quo cælo dicit Ber Nō mirū si libenter inhabitat cælum hoc dominus Iesus, quod vique nō quomodo ceteros dixit tantū vt fioret, sed pugnavit vt acquireret, occubuit vt redimeret. Cōparatione huius cæli, vocat Dñs cælum materiale desertum. Lucæ 15. Nōne dimittit nonagintanouē in deserto? quāta verò peruersitas est cælū vel terra implere, vel ei terrā supponere? Quis locus terræ in cælo vel sit per cælū? hāc tamen peruersitatē vult auaritia facere.

De duodecim maledictionibus, quas facit sacra scriptura auaris.

C A P. I I.

Secūdo faciūt ad detestationē huius vitij maledictiones quas facit sacra scriptura auaris. De quibus ponemus has duodecim quæ sequuntur. Esa. 5. Væ qui coniūgitis domum ad domū &c. Et eiusdem 32. Væ qui prædaris, nōne & ipse prædaberis? Habacuc 2. Væ qui cōgregat non sua. Et in eodem, Væ qui cōgregat auaritiā malam domui suæ. Amos 6. Væ qui opulenti estis in Siō. Et in eodē: Væ vobis qui dormitis in lectis eburneis. Et Luc. 5. Væ vobis diuitibus. Et Iac. 5. Agite nunc diuites: plorate v lulā-

tes